IVSTI LIPSI
POLITICORVM
SIVE
CIVILIS DOCTRINÆ
LIBRI SEX.

Qui ad Principatum maximè ſpectant.

Editio vltima. quam Auctor pro germanâ & fidâ agnoſcit.

Quibus ſuccedit Aduerſus Dialogiſtam de vna Religione liber, eiuſdem Auctoris.

Legitur caute legendus in his, quae de fato ubique disserit.

Expurgado conforme al expurgat.º del año ... por ... Lopez ... de comm.on del s.to off.º

LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA.

Apud Fratres de Gabiano.

CIƆ. IƆ. XCII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

IMPERATOR, REGES, PRINCIPES.

AMPLVM & illuſtre veſtrũ munus eſt, quod ſuſtinetis. Quid maius inter homines, quàm vnum præeſſe pluribus; leges & iuſſa ponere; maria, terras, pacem, bella moderari? Diuinitas quædam videtur hæc dignitas: & eſt profectò, ſi ſalutariter atque ex vſu publico admi-

I. LIPSI POLITICORVM SIVE CIVILIS DOCTRINÆ LIBRI PRIMI

CAPVT I.

Scopus & materies mei ſcripti. Vita Ciuilis definita. Virtus communiter laudata.

VITÆ Ciuilis iter quî rectè ineas, recte peragas, præcipere mihi eſt animus: nec id meis, ſed veterum monitis, imò & verbis. Tu mihi dux magne Deus: & manum hanc mentemque dirige, vt ſalutaria videam, diiudicem, promam. Vitã Ciuilem definio, QVAM IN HOMINVM SOCIETATE (Quid Vita Ciuilis.)

IVSTI LIPSI

AD LIBROS

POLITICORVM

BREVES NOTÆ.

LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Apud Fratres de Gabiano.

cIↃ. IↃ. XCII.

IVSTI LIPSI
AD I. LIB.
POLITICORVM
NOTÆ.

HAs mihi viſum addere, Lector, vt dictis meis alieniſque interpres ſim, & transferam te alibi hærentem. Præcipuus ille finis, quòd ſi lætum interdum aliquid aut floridum interueniet, exemplum tibi erit, quî noſtra hæc augeas & illuſtres. Quid enim aliud iſta, quàm velut tabulæ quædam diſpoſitæ, & LOCI COMMVNES ſunt, ad quos commodè referas lecta tibi in hoc argumento aut legenda? Vide, & imitare.

POLITICORVM LIBRI.) *Ita inſcripſi, nec perperam. Nam etſi propriè de Principatu agimus, & eius instructio mihi ſcopus: tamen & librorum prior pars velut commune* προαύλιον *ad quamque Remp. eſt: & paſſim præcepta ad omnem Ciuilem vitam.* *De titulo librorum.*

IVSTI LIPSI

ADVERSVS

DIALOGISTAM

LIBER

DE

VNA RELIGIONE.

In quo tria Capita libri quarti Politicorum explicantur.

LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Apud Fratres de Gabiano.

cIↄ. Iↄ. xcii.

ILLVSTRES
ORDINES.

LIBER in me nuper prodiit, cui an reſponderem iure dubitaui. Auctor an ille eſt, cui debeam? homo inquietus, turbidus: & cui vnum hoc ſtudium, litigare. Sicut canibus quibuſdam inſitum eſt ſine cauſsâ aut diſcrimine latrare: talem audiebam iſtum. nec iudicio hæc ſcribere, ſed morbo. Cum hoc me componerem & velut includerem in eodem campo? quem & vincere inglorium, & à quo atteri ſordidum eſſet. *Facit* enim *ſe aduerſarium*, ait Seneca, *quiſquis contendit, & vt vincat par fuit.* Sed cauſſa etiam ſilendi altera, ab ipſâ ſcriptione. Nam qualis ea eſt? plebeia, futilis: & concepta plebeio quoque ſtilo. Quotuſquiſ-

I. LIPSI ADVERSVS DIALOGISTAM LIBER.

LIBRVM tuum legimus, & quę viſum mihi reſpōdere, hîc habes. Pauca mole, ſed non pondere: & tu quoque non multa ſcripſiſti, ſed multis. Toto libro placuit tibi nō ſolùm *πολυλογεῖν*, ſed *ταυτολογεῖν*, &, quod poëta dicit, *oberras vbique eâdem chordâ.* Lacon quidam ad luſciniam: *Vox es, prætereà nihil.*

ORDIAR à capite & ab ipſa fronte tui libri. Titulum feciſti: LIS *ſiue* PROCESSVS INTER IVSTVM LIPSIVM ET.] Nollem te hoc præſcribere. mali augurij eſt in principio lapſus. Ego tecum litigo? nunquam factum. Natura mea, conſuetudo, valetudo abhorrent *In Libri titulum.*

LVGDVNI,

EXCVDEBAT GVICHARDVS
IVLLIERON anno 1592.